

For your reading pleasure
Latin for the Absolute Novice, Session III

Quid facit Mārcus iuvenis in lūdō?
Mārcus nōn discit. Librum nōn legit. Pēsum nōn scrībit.
In sellā nōn sedet.
Mārcus pēior discipulus in mundō est.
Discipulōs vexat. Molestus est. Nōn quiētus est.
Mūgit. Ut iuvenca mūgit.
Nōn sedet in sellā.
Saltat. Ut rāna saltat.
Praemium Sextī capit. Sextum vexat.

Quid faciunt discipulī in lūdō?
Discipulī discunt. Dum magister docet, audiunt discipulī.
Iuvenēs discipulī dum sedent in sellis librōs legunt pēsumque in libellōs scrībunt.

Dē fenestra spectat Mārcus. Quem spectat?
Puellam spectat.
Videtne puella Marcum?
Nesciō, sed Mārcus valdē puellam videt.

Mārcus puellam vocat.
Discipulī audiunt. Rīdent.

Magister audit. Nōn rīdet. Baculum capit.
Baculō puerōs pulsat. Discipulōs caedit.
Nēminī parcētur.